

Analiza morfológica y sintácticamente los siguientes fragmentos. Señala todas las construcciones sintácticas presentes en los mismos: oraciones subordinadas de relativo, participio, infinitivo...

- Conditam civitatem, quam ex nomine suo Romam vocavit, haec fere egit.
- Postea Numa Pompilius rex creatus est, qui bellum quidem nullum gessit, sed non minus civitati quam Romulus profuit.
- Cum triginta et duos annos regnasset, fulmine ictus cum domo sua arsit.
- Post hunc Ancus Marcius, Numae ex filia nepos, suscepit imperium
- Vicit idem etiam Sabinos et non parum agrorum sublatum eisdem urbis Romae territorio iunxit.
- Occisus est scelere generi sui Tarquinii Superbi, filii eius regis, cui ipse successerat, et filiae, quam Tarquinius habebat uxorem.
- Quintius dictator adversus Gallos, qui ad Italiam venerant, missus est.
- L. Manlius provocantem Gallum ad singulare certamen progressus occidit.
- L. Manlio Vulso M. Atilio Regulo consulibus bellum in Africam translatum est.
- Nam perditis sexaginta quattuor navibus retro se recepit.
- Consules usque ad Carthaginem processerunt multisque castellis vastatis Manlius victor Romam rediit et viginti septem milia captivorum reduxit.
- Contra tres Carthaginiensium duces dimicans victor fuit.
- Tum victi Carthaginienses pacem a Romanis petiverunt.
- ambo Scipiones, qui per multos annos victores fuerant, interficiuntur.
- Is Carthaginem Hispaniae capit, in qua omne aurum, argentum et belli apparatus Afri habebant.
- Quo metu Viriathus a suis interfectus est, cum quattuordecim annis Hispanias adversus Romanos movisset.
- Dum haec geruntur, piratae omnia maria infestabant ita, ut Romanis toto orbe victoribus sola navigatio tuta non esset.
- Ergo Caesar, cum senatus die inter ceteros venisset ad curiam, tribus et viginti vulneribus confossus est.
- Successit Tiberio C. Caesar, cognomento Caligula, sceleratissimus ac funestissimus et qui etiam Tiberi dedecora purgaverit.
- Dominum se et deum primus appellari iussit.
- Successit Nervae Ulpius Crinitus Traianus, natus Italicae in Hispania, familia antiqua magis quam clara.
- Romani imperii, quod post Augustum defensum magis fuerat quam nobiliter ampliatum, fines longe lateque diffudit.